STUDIORUM
AD
LINGUARUM SEMITICARUM GRAMMATICAM COMPARATIVAM PERTINENTIUM
PARTICULA PRIMA, AGENS

DE FORMATIONE QUORUNDAM NOMINUM SYRIACORUM.

DISSERTATIO INAUGURALIS,

QUAM

AMPLISSIMI IN UNIVERSITATE MARPURGENSI PHILOSOPHORUM ORDINIS

AUCTORITATE ET CONSENSU

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

VENIAMQUE LEGENDI IMPETRANDAM

SCRIPSIT

ET DIE X MENSIS JULII ANNI MDCCCLXXV

PUBLICE DEFENDET

CONRADUS KESSLER,
CASSELLANUS
IN SEMINARIO THEOLOGICO PHILIPPINO REPETENS; SOCIETATIS ORIENTALIS GERMANICAE SODALIS ORDINARIUS.

MARPURGI AD LOGANAM,
A. MDCCCLXXV.

VIRIS ILLUSTRISSIMIS

LINGUARUM ORIENTALIUM PROFESSORIBUS PUBLICIS ORDINARIIS

PRAECEPTORIBUS PROPTER UNICA DE SE MERITA
PIE SEMPER ET CULTIS ET COLENDIS

HENRICO ORTHOBIO FLEISCHER

LUDOLFO KREHL

LIPSIENSIBUS

FRANCISCO DIETRICH

FERDINANDO JUSTI

MARPURGENSIBUS

PRIMUM HUNC QUAMVIS IMPERFECTUM FRUCTUM STUDIORUM
ORIENTALIUM

GRATISSIMI ANIMI SIGNIFICANDI CAUSA

OFFERRE AUDET

AUCTOR.

Praefatio.

Plagulae quas propono specimen sunt studiorum in grammaticam comparativam linguarum Semiticarum directorum quibus per hos duos qui proxime antecedunt annos operam dabam. Qua in re scopum sequebar eum, ut nonnulla formarum praecipue nominalium schemata per omnes dialectos Semiticas persequerer eo consilio, ut numerum satis largum exemplorum ex ipsis linguarum documentis neque magna lexicorum ratione habita peterem et petitorum notiones quam accuratissime stabilirem, tum originalem atque primariam totius schematis significationem ab exemplis, certissimis testimoniis, abstraherem, postremo, postquam singulis dialectis consuluissem, quaestionem in medium proferrem, quaenam notio schemati per dialectos nunc exstantes pertractato in lingua palaeosemitica necessario supponenda attribuenda esset. Quam viam secutus brevi cognovi duas esse res, in quibus recte perspectis totius formationis Semiticae cardo versaretur, alteram, ut scias, quae essentia atque natura sit vocalium Semiticarum a ceteris linguis potissimum indogermanicis satis diversarum, alteram, ut cognoscas, et quot et quales sint radices quae dicuntur pronominales vel formales, quarum opera materiales amplificantur et flectuntur.

Quamobrem nobis in animo est, ut de his deinceps thematibus methodum comparativam secuti verba faciamus,

1) de natura atque significatione radicitus atque prorsus vere symbolica vocalium a, i, u, et quod momentum in singulis syllabis positae habeant ad notiones formarum stabiliendas, potissimum in vocibus mediis (formatio),

neque vero secius in exeuntibus (declinatio), etiam, ubi (una cum consonantibus servilibus) terminationibis nominalibus originem dant (flexio);

2) de natura consonantium servilium, et quod momentum in excudendis stirpibus triliteris, tum in formandis quadriliteris, postremo in formis nominalibus, linguae ei quam nos sub oculis habemus usitatis, ex stirpibus illis omnibus producendis.

Disseremus igitur, ut specialia themata proponamus, de formatione nominum simplicium per solas vocales variantes effecta; de radicibus linguarum Semiticarum pronominalibus (formalibus); de declinatione Semitica; de adiectivis in î et in ân; de triliterorum e germinibus biliteris atque de pluriliterorum e biliteris formatione.

Vehementer vero, id quod diximus, nostra interest ut quasi fundamenta iaciamus firma atque certa disquisitionis criticae postea instituendae, ut theoreticae expositioni practica praemissa viam paremus atque muniamus. Itaque primum omnium e lingua Syriaca ad usum nostrum maxime idonea nonnulla formarum nominalium schemata exemplis a nobis ex ipsis documentis collectis illustramus, quorum notio peculiaris bene perspecta postea nos magnopere iuvabit. Atque iam inter ipsum enumerandum passim quam in rem postea usurpaturi simus prodimus. Ceterum copiosas grammaticorum atque lexicographorum recentiorum citationes consulto omisimus, cum materiam nostram nulla fere eorum ope collectam cur cum iis comparemus non intelligamus.

Unum oro atque obsecro; quodsi qui viri docti forte ante proximas studiorum horum partes typis expressas has plagulas inspexerint, severius de imperfecta scribendi ratione ne iudicent, cum nos in magna coacti fuerimus corporis fragilitate scribere sequentes plagulas.

Compendia scribendi.

Afr. carm. Nisib. — S. Ephraemi Syri carmina Nisibena ed. G. Bickell. Lips. 1866.

Ass. B. O. — Bibliotheca Orientalis Clementino-Vaticana rec. J. S. Assemanus tt. I. II. III, 1. 2.

B. A. ed. Hoffm. — Syrisch-Arabische Glossen. Erster Band. Autographie der Gothaischen Handschrift des Bar Ali. Herausg. von G. Hoffmann. Kiel 1874.

B. H. chron. — Barhebraei chronicon ediderunt J. P. Bruns et G. G. Kirsch. Lips. 1789.

Cast. — Edmundi Castelli Lexicon Syriacum ed. J. D. Michaelis. Gott. 1788.

Cur. Anc. Syr. doc. — Ancient Syriac Documents by W. Cureton and W. Wright. Lond. 1864.

- Corp. Ignat. — Corpus Ignatianum by W. Cureton. Lond. 1849.
- Fest. Lett. — The Festal Letters of Athanasius bei W. Cureton. Lond. 1848.
- Hist. of the Mart. — History of the Martyrs in Palestine by Eusebius ed. W. Cureton. Lond. 1861.
- Spic. Syr. — Spicilegium Syriacum by W. Cureton. Lond. 1855.

Efr. opp. — S. Ephraemi Syri Opera omnia quae exstant graec. et syr. ed. Petrus Benedictus et post eius obitum St. Evod. Assemanus. Rom. 1737 – 43.

Ferr. — Jo. Bapt. Ferrarii nomenclator Syriacus. Romae 1622.

Lag. anal. — P. A. Lagardii Analecta Syriaca. Lips. 1858.

Rel. Jur. — Reliquiae Juris ecclesiastici ed. P. A. de Lagarde. Vindob. 1856.

Land. anecd. — Anecdota Syriaca ed. J. P. N. Land. Lugd. Bat. vol. I. 1862, II. 1868, III. 1870.

Overb. — S. Ephraemi Syri, Rabulae episcopi Edesseni, Balaei etc. opera selecta ed. J. J. Overbeck. Oxon. 1865.

Sach. Ined. — Inedita Syriaca. Eine Sammlung von syr. Uebersetzungen griech. Profanschriftsteller. Herausg. von Ed. Sachau. Wien 1870.

Index argumentorum.

Comparativae linguarum Semiticarum investigationi duae res debent esse propositae, altera ut internam vocabulorum conformationem vocalium variatione expressam atque harum ipsarum vocalium naturam, altera ut servilium literarum, et suffixarum et praefixarum et infixarum, origines atque in vocibus excudendis usum inquirat legibusque astringat. Duas enim has linguae semiticae sequuntur vias et in radicibus suis materialibus ad primariarum vocum integrarum perfectarumque, sive verborum (ῥήματα) sive nominum, gradum evehendi et in his vocibus effictis ad secundarias notiones specialiores atque definitiores propagandis, ut hinc servatis consonantibus tanquam firmis solidisque corporum grammaticorum ossibus solas vocales permutent tanquam corporum colores atque vestimenta, illinc, sicut omnes linguae, elementis servilibus utantur. At in eo ab omnibus linguis differunt, primum, quod ipsis vocalibus per symbolicam quandam rationem, si quidem in certis syllabis positae cernuntur, certa significatio inest quae ad totius vocabuli notionem constituendam summum affert momentum; deinde, quod elementa servilia et vocabulorum formationi et formatarum flexioni inservientia quasi per totum vocabuli corpus migrare valent neque solum in fine sed etiam in principio atque in medio corpore vocis atque in tribus una simulque locis consistendi facultatem atque consuetudinem habeant. Ut unum exemplum afferam, per literam semivocalem jâ (ى) in lingua arabica diversissima et nominum et verborum schemata efformantur, cum non solum in fine appareat tanquam nominum relativorum (الأَسْمَآءُ الْمَنْسُوبَةُ) signum peculiare sed etiam in initio formarum nominalium earum quarum schema in tertia persona imperfecti cernitur (يَفْعَلُ etc.), nec non in mediis vocibus inseratur ut in فَيْصَلٌ „iudex, disceptator, qui

totam rem quamvis implicatissimam dissolvit"; فَيْكَرٌ multum cogitans etc., pariter litera alif (أ) e. gr. قُرْبَى „vicinitas" — in fine —, اِطْمَأَنَّ tranquillum esse in media voce —, أَقْرَبُ proximus in initio; atque hae literae serviles coniunctae in una eademque voce atque id quidem alia in alia syllaba usurpantur cf. varia vocabulorum schemata quae in una deliri hominis notione per stirpem هَذَرَ expressa occurrunt: هُذَرَةٌ هِذَّارٌ, هَيْذَارٌ, هِذْرِيَارٌ, مِهْذَارٌ, ap. Freyt. s. v. —

Qui igitur indagare vult quae sit notio unicuique schemati semitico propria, omnes eas formas inter se componere debet quae in principali vocis loco eandem habent notam characteristicam sive vocalem sive literam servilem. Ad vocalem quod attinet exemplum habeas unum hoc, quod vocalis *u* in prima syllaba formarum فُعَلٌ, فُعَالَةٌ, فُعَيْلٌ, فُعِلَ exstans testimonio est satis gravi significationes quoque inter se radicitus esse cognatas harum quatuor formarum: quarum prima in adiectivis vitia aut corporis aut animi designantibus[1]), altera in substantivis omnis generis recisamenta significantibus [2]), tertia in deminutivis, quarta tanquam usitatissima forma temporis in genere passivo perfecti occurrit: quas quatuor notiones inter se cohaerere nemo non videt; nam passiva forma قُتِلَ, ut de una hac per speciem a reliquis remotiore aliquid addam, cum significet „er ist gemordet worden", trucidandi actione in aliquo obiecto tam plane ad finem perducta ut iam nil nisi actionis eventus, homo trucidatus, ante oculos sit, et ipsa praebet recisamenti vel similis rei ideam. — Quantum vero ad pluralium qui vocantur fractorum naturam dignoscendam conferat methodus Hamakeri viri clarissimi, qui in disquisitione sua ad hanc materiam pertinente (Orientalia edd. Juynboll etc. vol. I p. 1—63)

---

1) ut نُوَمَةٌ somniculosus.

2) ut قُرَاضَةٌ ramenta auri a قَرَضَ secare, radere.

viam a nobis indicatam est ingressus, suo in hac lucubratione loco sumus demonstraturi.

Nos igitur et ipsi in formis semiticis inter se secundum leges duas supra propositas comparandis versati brevi cognovimus quantum lucis in eam materiam offundatur e lingua Syriaca, quae quamvis pauciores formas linguam Arabicam conferenti ex antiqua copia palaeosemitica conservasse videatur, in singulis speciebus haud raro ipsam originem praebet e qua vel Arabicus usus profluxit. At quid nobis linguas Semiticas inter se conferentibus linguae Syriacae auctoritas, quamdiu multa eius linguae schemata atque ea vel maximi momenti in libris grammaticis perpaucis neque satis certis exemplis comprobata reperiuntur, de natura vero formarum et origine nil fere dictum est? Necessarium igitur mihi est visum eas formas, in quibus postea tanquam fundamento systema nostrum comparativum superstruere in animo habemus, largioribus testimoniis munire iisque non e Bibliorum versionibus petitis, ut etiamtum Hoffmannus assolebat, sed e libris profanis, quorum ipsa argumenta linguae indoli libere atque solute sese manifestandi locum dabant; id quod ne tum quidem superfluum fore spero cum Merxianae grammatices pars nomini Syriaco dicata lucem aspexerit.

A. Ad internam nominum conformationem.

I. Forma ܦܰܥܳܘܠܳܐ. Haec species Arabicae فَعُّول (e. gr. قَيُّوم constans) respondens in lingua Syrica vitiositatis cuiusdam vel penuriae sensum continet, at subrara est, quare haec exempla: ܒܰܒܳܘܠܳܐ is qui pravo et perverso modo permutat, insipidus Cast.; ܒܰܒܳܘܠܝܳܐ verba foeda, obscoena Ferrar. 779; ܒܰܒܳܘܠܘܬܳܐ foeditas, obscoenitas verborum. — Similiter ܒܰܗܳܘܪܳܐ, non mere splendidus, ut arab. بَاهِر, sed lucem praebens inter claritatem et caliginem intermediam, tenebricosus, itaque de luce auroram antecedente B. H. chron. 101, 5 a fin., ܒܰܗܳܘܪܳܐܝܺܬ cursim Ferr. 137; ܠܰܚܳܘܫܳܐ hariolus, magus, incan-

tator; ܚܪܘܫܐ raucus; ܚܪܘܫܐ hariolus, magus [1]); ܙܥܘܪܐ parvulus, infans; ܩܡܘܨܐ Cast. 800 Ferr. 569 avarus; ܚܡܘܨܐ multitudo animalculorum immundorum vel venenatorum Ferr. 171 („ein Mischmasch"); ܚܪܘܥܐ Ferr. 183 subflavus; ܢܡܘܨܐ Ferr. 388 piger, abominabilis; ܥܫܘܪܐ perturbatus Ferr. 441; ܚܪܘܦܐ asper F. 452; ܩܡܩܘܡܐ pustulosus F. 576; ܪܡܘܪܐ F. 619 mollis, infirmus; ܫܒܘܛܐ virga, surculus, sceptrum, baculus F. 630: ܫܒܘܪܐ imperitus, rudis F. 630; ܫܥܘܪܐ difficilis, asper F. 653; ܫܛܘܪܐ stolidus.

II. Forma ܦܥܝܠܐ eiusdem est mensurae quae in forma nominum actoris usitatissima ܦܥܘܠܐ cernitur, nisi quod in altera syllaba î vocalis exstat tenuior quam û, quam ipsam ob rem hic actoris notio non praevalet, etiamsi optime subintelligitur. Exempla rarissima: ܚܒܝܠܐ tabernaculum ps. 104, 3; carbasus tentorii Ferr. 224; ܫܛܝܦܐ pl. ܫܛܝ̈ܦܐ alabastrum, pyxis aromatica Matth. 26, 7; ܟܘ̈ܐ ܫܛܝ̈ܦܬܐ fenestrae intrinsecus latae extrinsecus angustae Ferr. 657; ܫܡܝܪܐ adamas Ferr. 669; ܦܣܝܩܐ F. 908 placenta azyma; saepius legitur ܒܦܣܝ̈ܩܬܐ paucis (sc. verbis, ܡ̈ܠܐ); ܙܪܝܦܐ F. 153 pluvia vehemens, tempestas.

III. Schema illud deminutivis Arabicis legitimum فُعَيْل ne a Syriaca quidem dialecto abesse Nöldekius Or. et Occid. II, 176, id quod constat, duobus exemplis ܥܘܙܠܐ hinnulus [Overb. 365, 21 cum ܐܝܠܐ coniunctum] et ܥܠܝܡܐ adolescens in medium prolatis demonstravit. At nonnulla restant exempla: ܪܗܝܢܐ pignus

1) quod a ܚܪܘܫܐ probe est distinguendum cf. B. H. opp. gramm. ed. Martin II, 98 comment. l. 6 a. fin. ܚܪ̈ܘܫܐ ܡܠܦ̈ܢܐ : ܚܪ̈ܘܫܐ ܐܚ̈ܘܕܐ i. e. „ܚܪ̈ܘܫܐ sunt doctores, at ܚܪ̈ܘܫܐ fascinatores."

B. H. chron. 43, 5 cf. notionem „dedit alicui partem opum suarum“ ap. Freyt. s. v. فَيَّجَ; etiam legatus, e. gr. pro hebr. צִיר Jes. 18, 2; ܦܘܠܚܡܐ excellens, insignis, solers Efr. carmm. Nisib. 41, 64 (ed. Bick.) cf. Barhebraei explicationem in Opp. gramm. ed. Martin t. II p. 97 l. 9 comment.: ܦܘܠܚܡܐ اَلْمَاهِرُ. ܦܘܠܚܡܐ ܗ̄ܘ ܓܢܒܪܐ ܡܪܝܐ. ܦܘܠܚܡܐ ܟܢܘܫܝܐ ܣܘܦܢܐ i e. ܦܘܠܚܡܐ est homo ingeniosus, ܦܘܠܚܡܐ est congregatio atque turma, ܦܘܠܚܡܐ est consummatio atque finis“. Inde ܦܘܠܚܡܘܬܐ acumen ingenii. — ܦܘܪܦܡܐ fucus purpureus ad inficiendas pelles inserviens Ferr. 276 cf. ܐܦܪܦܡ lavit, abstersit F. 735. — ܕܘܪܣܡܐ divitiae, opulentia F. 604. ܕܘܪܣܟܐ limes agrorum, lapis terminalis (cf. أَدْرَكَ consequi, דֶּרֶךְ via); ܒܘܪܝܢܐ lucerna 1 chron. 28, 15; saepius in evangeliario Hierosolymitano (ed. Comes Franc. Miniscalchi Erizzo Veron. 1861) occurrens; ܒܘܪܙܡܐ accipiter (etiam ܒܪܙܡܐ; persicum باز ab hac voce Semitica abest); ܐܡܘܫܟܢܐ cubitum, mensura cubitalis, ulna; ܦܘܠܚܡܐ panis, placenta; ܒܘܫܢܐ turba, interpellatio; ܡܘܙܡܐ splendores, radii e. gr. solis, ignis (cf. أَشْرَقَ nituit vultus).

IV. Formae arabicae فُعَالَةٌ, qua omnium actionum recisamenta designantur, in ling. Syriaca proxime convenit ܦܘܣܩܐ, at inflexa notione facta est nominum actionis abstractorum exemplar perpetuo effictum; at cognationis vinculum est ipsa abstractio, nam etiam abstrahere est recidendi genus. Omissis vulgaribus satis exemplis verborum triliterorum — ܟܘܬܠܐ pollutio, ܟܘܬܡܐ obtrectatio etc. — pluriliteris animum intendimus. ܐܢ ܗܘܝܬ ܒܫܘܥܒܕܐ si in servitutis statu es Lag. anal. VIII, 7; ܠܐ ܡܩܒܠ ܐܦ ܠܐ ܚܕ ܫܘܚܠܦܐ ܐܘ ܫܘܢܝܐ ܐܠܗܝܐ (Christus) non supportavit ne unam quidem transmutationem vel variationem divinam [i. e. in natura sua divina factam] Lag. anal. XXII, 12; Lag. anal. 137, 27 ܘܠܐ ܫܘܚܠܦ ܘܠܐ ܫܘܢܝ sine ulla mutatione

atque discriminatione; ܒܡܣܝܒܪܢܘܬܗ ܢܝܚ ܘܬܗܪ ܠܡ̈ܠܐܟܐ angelos patientia sua laetificavit atque obstupefecit Overb. 159, 18, Lag. anal. 144, 16 ܐܢ ܠܐ ܢܘܪܐ ܢܘܗܪܐ ܐܝܬܘܗܝ ܘܠܐ ܫܠܗܒܘܬܐ ܟܠܟܠ, si igne et inflammatione prorsus caret; ܬܗܪܘܢܐ admiratio, stupor; ܬܡܗܠܘܬܐ consternatio; ܓܡܘܪܝܐ consumptio; ܙܡܘܪܝܐ melos, psalmodia B. H. I p. 182 lin. 8 ܥܘܪܓܠܐ volutatio 2 Petr. 22, 2; ܥܘܪܩܠܐ implicatio, concr. offendiculum arab. التّعويق; ܦܘܠܚܪܐ dissipatio; ܫܘܥܠܐ iactantia, superbia ps. 10, 1; ܟܘܦܪܝܐ negatio rei, τὸ μὴ εἶναι Ferr. 103; ܢܘܨܦܐ conflagratio, ardor Ferr. 374; ܡܘܫܚܬܐ mensura, dimensio Ferr. 409; ܡܘܣܟܠܐ continentia religiosa Ferr. 410. —

B. Ad externam nominum formationem.

I. Litera servilis ܝܘܕ.

1) ܦܥܘܠܐ. Species nominum verbalium satis notabilis; est enim quoad significationem nomen actionis stirpis verbalis primae, at arctiore notione τὸ τὸν πράττοντα εἶναι instructum; in serie autem formarum derivatarum ad participium passivum פָּעוּל se annectit. Literam autem jûd in extrema hac forma exstantem inter praecipua equidem habeo testimonia illius rei a Dietrichio in libro „Abhandlungen zur hebräischen Grammatik“ anno 1846 tanquam primo omnium stabilitae, quod verbum atque nomen semiticum etiam in fundamento triliterali per consonantes serviles augendo atque amplificando unam atque eandem rationem sequuntur. Nam litera jûd in ܦܥܘܠܐ sine vocali â annexa conspicitur — contra cf. ܨܘܚܝܐ vituperium —: quod formationis genus praeter hoc in solo verbo et quidem forma ܦܥܠܠ pro ܦܥܠ arab. فَعْلَلَ pro فَعَلَ cernitur e. gr. ܦܪܣܡ nudavit, alia, de quibus infra. Ergo ubi has formas verbales, id quod iustum est, nomina masculini generis habueris indeque tanquam de statu absoluto statum emphaticum in ܐ deduxeris, formas accipies quales ܦܪܣܡܐ, quae eadem est atque ܦܪܘܣܡܐ sola

excepta vocalismi interni dispositione: at ubi formam illam stirpis ḳal in syriasmo rarissimam ܦܥܘܠ arab. فُعُل, cuius unum exemplum grammatici habent ܩܦܘܪ horruit, supposueris, deducto inde schemate illo quadrilitero orietur ܩܘܦܪ st. emph. ܩܘܦܪܐ, atque ea quidem forma prorsus penitusque eandem praebet speciem quam forma nominalis ܦܘܥܠܐ. Eam iam exemplis sumus illustraturi: ܡ̈ܠܐ ܕܓܠܬܐ. ܣܗ̈ܕܐ ܐܝܟ ܕܥ̈ܩܬܐ ܠܗܘ ܕܡܦܩ ܠܗܘܢ. ܟܕ ܫܘܓܫܐ ܘܐܘܠܨܢܐ sermones fallaces testes [1]) sunt calamitatum ei qui profert eos, cum [digito quasi] commonstrent perturbationem [proper. „das Gestörtsein"] et tribulationem Lag. anal. XVI, 18; ibid. XLI, 11 ܒܐܘܠܨ̈ܢܐ in coarctationibus i. e. rerum angustiis; XLIX, 15 ܡܫܬܠܠ ܘܪܚܝܩ ܡܢ ܫܘܓܫܐ, remotus a perturbatione. – Sach. Ined. Syr. (Lips. 1870) XVI, 6. 5 a fin. ܐܠܘ ܓܝܪ ܐܬܓܠܝܘ ܠܥܝܢ ܟܠܢܫ. ܡܥܡܠܠ ܗܘܐ ܒܫܘܓܫܐ ܘܛܠܘܡܝܐ ܡܢ ܡܨܥܬܐ etenim si [opera occulta ܘܥܒ̈ܕܐ ܕܟܣܝܢ lin. 7 a fin.] revelarentur coram omnibus hominibus, oppressio et defraudatio e medio progrederetur; B. H. chron. 47, 10 ܗܢܐ ܗܦܟ ܐܬܐ ܡܢ ܩܘܦܪܘܣ ܕܐܝܬܘܗܝ ܒܥܪܘܩܝܐ ܡܢ ܐܡܗ rediit e Cypro cum in fuga versaretur matris; ibid. 4 a fin. ܒܬܪ ܕܫܘܓܫܐ ܣܓܝܐܐ ܗܘܪܩܢܘܣ ܐܬܩܝܡ ܪܒ ܟܘܡܪܐ post multam perturbationem [status reipublicae integri; concr. = post multas turbas atque tricas] Hyrcanus stabilitus est summus sacerdos; contra chron. 51, 1 ܐܪܟܠܐܘܣ ܟܕ ܐܬܥܘܠ ܐܬܕܚܝ ܠܐܟܣܘܪܝܐ „cum Archelaus perverse egisset in exilium protrusus est" graecam habemus vocem ἐξορία: εἰς τὴν ἐξορίαν ἔπεσεν [2]). – B. H. chron 101,5

---

1) forma masculina ܣܗ̈ܕܐ adaptata ad formam masculinam ܡ̈ܠܐ.

2) accuratissima vocis punctatio exhibetur in Bar-Alii editione Hoffmanniana p. 27 ܐܟܣܘܪܝܐ; Assemani vulgo habet ܐܟܣܘܪܝܐ cf. Agrelli supplem. lex. Syr. Castell. p. 14; inde denominativum

ܗܘ ܕܡܢ ܐܒܘܗܝ ܚܒܝܫ ܗܘܐ. ܢܦܩ ܡܢ ܚܒܘܫܝܐ is qui a patre suo in vinculis tenebatur exiit e carcere pr. „aus dem Abgesperrtsein". — Cur. spicil. Syr. pag. 35 ult. ܡܢܗܘܢ ܡܢ ܗܠܝܢ ܐܝܟ ܕܡܢ ܥܝܕܐ ܕܠܐ ܡܣܬܒܪܢܐ ܓܕܫ ܕܢܬܚܒܫ ܚܒܘܫܝܐ ܕܕܓܠܘܬܐ ܥܠܝܢ „from these same, as by some unreasonable custom, it was brought to pass that the violence of falsehood be directed against us". Cur.; B. H. schol. in ps. L ed. Schröter p. 17 lin. 2 ܝܬܒ ܗܘܝܬ ܘܪܢܐ ܒܐܚܘܟ ܡ̈ܠܐ ܕܚܒܘܫܝܐ sedebas et excogitabas in fratrem tuum verba destructionis. — Land. anecd. tom. I p. 4 l. 12 ܗܘܐ ܒܗ ܚܒܘܫܝܐ ܪܒܐ ܕܚܝܘ̈ܬܐ ܠܬܠܬܝܢ inerat in ea [sc. Nisibi, urbe circumsessa] magna animantium coarctatio per triginta dies; ibid. 5, 5 ܚܒܫܢܘܬܐ ܣܡ ܕܪܕܘܦܝܐ ܥܠ ܟܪ̈ܣܛܝܢܐ persecutionem instauravit. — Overb. 210, 10; 213, 3 ܒܚܒܘܫ̈ܝܐ ܕܐܢܫ̈ܘܬܐ [1]) in contionibus hominum. Cur. Fest. letters 15, 7 ܥܒܘܪܐ ܕܦܘܩ̈ܕܢܐ praevaricatio praeceptorum. — Lag. reliqu. 37, 23 ܗܘ ܕܐܬܐܢܣ. ܢܩܒܠܝܘܗܝ ܠܐܘܢܣܐ. ܐܝܟ ܗܘ ܕܟܐܢܐܝܬ ܐܬܐܢܣ: is qui excommunicatus [anathematizatus] est, recipiat in se excommunicationem tanquam merito excommunicatus. — ܐܘܢܣܐ angustia, anxietas 2 Cor. 2, 4 (pesch.), ubi tradita est et in omnes editiones, etiam Schaafianam, recepta mira scriptio ܐܘܢܩܐ atque etiam ܐܢܘܣܝܐ cf. Payne Smith col. 276. At editores typo peregrino impresso deformaverunt formam Syriacam genuinam, cum exstet in l. Syriaca ܐܬܐܢܣ angore animi affectus est, ܐܢܣ violenter tractavit [2]), quae

---

verbum ܐܚܒܫ: quod B. A. l. c. explicat ܐܚܒܫ ܘܐܚܒܫ. اَلنَّفْيُ „removit et abduxit; arab. relegatio".

1) cf. Lag. reliqu. 39, 13 ܪܫ ܚܒܘܫܝܐ ܕܪ̈ܘܚܢܝܐ, eadem proportio quae inter ܪܚܒܘܫܐ et ܪܚܒܘܫܬܐ cf. infr.

2) vocabulum Arabicum أَنَسَ e fundamentali atque generaliore notione propius ad aliquem accedendi produxit notionem consue-

denominativa esse a voce graeca deducta vix quispiam dixerit. Vocabulum graecum satis expedito modo cum forma Syriaca comparandum non exstat; exspectaveris enim *ἐνοσία*, at exstat solum *ἔνοσις* atque concutiendi vim ab urgendo satis remotam habet; de *ἀνία* vero prorsus absurdum est cogitare. Scribendi vitium hic adesse apparet quod ita inveteravit ut postea verbum probe semiticum אנס [1]) ex prava illa forma per denominationem exortum esse existimetur. - ܙܪܘܟܐ compressio, coarctatio; ܚܢܘܩܐ suffocatio; ܒܘܨܝܐ investigatio, scrutatio; ܓܡܘܪܐ consumptio; ܓܪܘܦܐ alluvies, inundatio vastans; ܕܚܘܩܐ expulsio; ܕܠܘܚܐ perturbatio; ܕܪܘܟܐ calcatio, tritura; ܙܪܘܥܐ dispersio, disseminatio; ܚܠܘܛܐ confusio, permixtio; ܚܙܘܩܐ profectio in longinquum facta; ܚܛܘܦܐ violentia, direptio; ܬܡܘܫܐ concubitus coniugalis; ܦܢܘܝܐ Ferr. 139 reditus, reversio: ܟܠܘܝܐ prohibitio; ܚܦܘܪܐ effossio; ܛܠܘܡܐ oppressio, defraudatio; ܛܪܘܕܐ expulsio; ܟܦܘܪܐ abnegatio, infidelitas; ܠܒܘܟܐ apprehensio; ܣܒܘܠܐ patientia, toleratio; ܣܡܘܪܐ propr. desectio [cf. מַזְמֵרָה falx vinitoria] = ascia Ferr. 423; ܣܪܘܩܐ pectinatio, ܣܚܘܪܐ destructio, eversio;

---

scendi, familiariter utendi; contra etiam chald. אֲנַס (Dan. IV, 6 et saepius in commentariis targumim dictis) est urgere, cogere, vim afferre, etiam hebr. אָנַס Esth. I, 8. cf. nostra „Einem nahe stehen“ et „Einem zu nahe treten“.

1) cff. etiam formae rabbinicae אֲנִיסוּתָא, אֲנִיסָא, אוּנְסָא a Payne-Smithio col. 275 allatae. ܐܢܘܣܐ tanquam vox Syriaca nequaquam dubia = ܐܢܘܣܐ significans coarctationem, oppressionem legitur in Joannis Telensis resolutionibus canonicis ap. Lamyum, De Syrorum fide in re eucharistica (Lovan. 1859) p. 68 l. 4: ܐܘ ܡܢ ܡܣܡܡܢܘܬܐ ܕܣܛܢܐ: ܐܘ ܡܢ ܐܢܘܣܐ ܕܟܘܪܗܢܐ ܡܬܕܠܚܐ ܗܝ ܡܪܓܢܝܬܐ „sive ex infectione Diaboli sive ex oppressione morbi conturbatur margarita illa, — ubi Lamy sane annotat ܐܢܘܣܐ esse vocem graecam *ἔνοσις* ab *ἐνωθέω*, de quarum vocum discrepantia essentiali cf. etiam Passovius s. v. *ἔνοσις*.

ܗܘܦܟܐ reditus; ܥܘܠܒܐ defraudatio, afflictio; ܦܘܪܫܐ segregatio, nomen poenae ecclesiasticae levioris quam ܩܐܬܐܪܣܝܣ *καϑαίρεσις* remotio Lamy l. c. 227; ܡܘܟܣܐ accusatio; ܪܓܘܡܐ lapidatio (arab. العفْرِيتُ الْمَرْجُومُ diabolus dignus qui lapidibus occidatur, in libro Ibn-Arabschahi فاكِهَةُ الخُلَفَاء ed. Freyt.); ܪܘܓܫܐ sensus, tumultus; ܫܘܒܩܐ derelictio; ܥܘܡܨܐ pressio oculorum defuncti Ferr. 537; ܣܘܓܐܐ liberalitas; ܨܘܐܓܐ aurificium.

2) Adiectiva denominativa in ܝܐ desinentia, arabicis nominibus relativis, أَسْمَاءُ النِسْبَةِ, convenientia.

ܝܘܠܦܢܐ ܐܠܗܝܐ doctrina divina Lag. anal. X, 20; ܬܪܣܐ ܢܦܫܟ ܒܡ̈ܠܐ ܐܠܗ̈ܝܬܐ ܘܦܓܪܟ ܒܬܘܪ̈ܣܝܬܐ ܦܫܝ̈ܛܬܐ ciba animum tuum verbis divinis et corpus alimentis simplicibus sincerisque; ܒܪܢܫܐ ܓܘܝܐ „der innere Mensch“ anal. XXII, 9; ibid. XXXI, 20 ܬܘܕܝܬܐ ܫܠܝܚܝܬܐ confessio apostolica; ibid. 29 ܐܝܠܝܢ ܕܝܠܝܕܘܬܗ ܕܒܪܐ ܗܘ ܕܡܢ ܐܒܐ. ܟܕ ܗܘܐ ܐܢܫܝܐ ܡܬܚܡܚܡܢܐ ܡܟܪܟܝܢ ii qui originem filii qui de patre descendit, dum versatur in fortuna humana terminis circumscripta, describunt; XXXII, 1. 2 ܟܕ ܚܕܐ ܘܡܫܠܡܢܘܬܗ ܐܝܟ ܗ̇ܝ ܬܫܡܫܬܐ ܢܡܘܣܝܬܐ[1] cultus legalis; ibid. 9, 21 ܗܝܡܢܘܬܐ ܦܪܘܩܝܬܐ ܕܥܠܡܐ fides mundi redemptrix; 18 ܠܐ ܕܝܢ ܐܢܫ ܐܦ ܗܘܐ ܡܫܠܡ ܠܗ ܠܗܝܡܢܘܬܐ ܟܘܡܪܝܬܐ fidem sacerdotalem; ibid. XXXV, 4: ܠܚܕܝܘܬܐ ܕܟܝܢܐ ܗܝ ܕܝܕܝܠܝܬܐ ܡܢ ܐܝܟ ܗ̇ܝ ܕܐܒܐ. ܐܝܟ ܗ̇ܝ ܕܒܝܬ ܐܠܗܐ ܘܐܒܐ. ܐܝܬܝܗ̇ ܕܝܠܝܬܐ ܕܒܪܐ. ܐܝܟ ܗ̇ܝ ܕܐܠܗܐ ܐܝܬܘܗܝ unio naturae — ea quae est [unio] propria patri, tanquam

1) cf. etiam anal. Lagard. 88, 5 ܪܡܝܢ ܗܘܠܟܝ ܕܒܘܕܪܐ ܢܡܘܣܝܐ ܡܕܒܪܢܐ ad communionem hominum vitae legalis elati. Land. anecd. I, 29, 11 a fin. ܙܘܘܓܐ ܢܡܘܣܝܐ coniugium legitimum.

natura unius Dei atque patris; paterna vero [i. e. unio cum patre intercedens] filio, secundum eam rei conditionem quod Deus factus est Verbum; XXXV, 12 ܚܝܘܬܐ ܟܝܢܝܬܐ ܕܥܡ ܐܒܐ unitas essentialis cum patre intercedens; ibid. ܡܚܝܢܐ ܘܩܢܘܡܝܐ ܘܡܥܒܕܢܐ resuscitator [mortuorum] et personalis [i. e. per se subsistens, αὐϑυπόστατος] et creator; anal. XLII, 30 ܗܝܡܢܘܬܐ ܫܠܝܚܝܬܐ ܘܥܕܬܢܝܬܐ fides apostolica et ecclesiastica; XIV, 19 ܗܠܝܢ ܡܬܝܕܥܢܝܬܐ ܪ̈ܫܢܝܬܐ principales res intelligibiles; LXXXVI, 27 ܟܕ ܐܟܠܘ ܩܪ̈ܨܘܗܝ ܕܕܘܝܕ ܢܟ̈ܠܐ cum homines dolosi, fraudatores Davidem essent calumniati; Land. anecd. I, 26, 8 a fin. ܟܠ ܐܝܩܪ̈ܐ ܡܠܟܝ̈ܐ omnes honores regii; Cur. spicil. XXV, 13 ܒܟܪܘ ܐܒ̈ܗܐ ܕܐܘܪܗܝ „Bacru the patrician of Edessa“ Cur., homo nobili patre natus; idem vocabulum docet Cur. p. 91 in syriaca versione theophaniae Eusebianae occurrere ubi legitur ܐܒ̈ܗܐ ܘܪ̈ܫܢܐ ܘܡܪ̈ܘܬܐ nobiles, principes, domini, Lee: rulers; Jes. I, 22 pesch. ܩ̈ܦܘܠܝܟܝ ܡܚܠܛܝܢ ܡ̈ܝܐ caupones tui aquas miscent; Land. II, 365, 17 ܨܘܡܐ ܕܪܡܫܐ ieiunium vespertinum; Overb. 212, 9 ܠܐ ܒܝܬ ܗܘܐ ܒܝܬ ܥܠܡܝ̈ܐ. ܐܠܐ ܒܥܕܬܐ ܐܘ ܒܕܝܪܐ ܐܝܟ ܕܩܪܝܒܐ non pernoctabat inter laicos sed in ecclesia aliqua sive in monasterio aliquo siquidem prope aberat; Overb. 12, 1 ܡܠܟܐ ܡܓܘܫܐ rex Magorum disciplinae addictus, ibid. 256, 26 ܟܘܟܒܐ ܐܝܬܝ ܠܓܒܪ̈ܐ ܡܓܘ̈ܫܐ. ܕܢܐܠܦܘܢ ܐܪܙܗ ܡܢ ܥܒܪ̈ܝܐ stella homines Magorum fidei addictos attulit, ut arcanum eius ab Hebraeis discerent; ibid. 354, 10 ܐܗܘܐ ܡܢ ܦܠܚ̈ܐ ܒܨܝܪ̈ܐ. ܘܣܬܘܝ̈ܐ sim e numero agricolarum ignobilium et hibernorum; 414, 13 [1]) ܦܠܚܘܬܐ ܐܢܫܝܬܐ ܘܡܫܬܒܚܬܐ ܗܘܬ ܐܚܣܢܬܐ.

1) cf. Dietrichii Specimina codd. Syr. (Marb. 1855. 4) 27, 11 ܐܝܠܝܢ ܕܒܐܣܛܕܝܘܢ ܕܚ̈ܝܐ ܙܒ̈ܢܝܐ ܪܗܛܘ, qui per stadium vitae temporalis cucurrerunt.

pars ultima huius rerum gestarum descriptionis chronologicae i. e. temporum decursum sequentis; Overb. 5, 8 ܙܪܥܐ ܠܩܝܫܢܝܐ semen serotinum; 418, 1 ܡܐܢܐ ܫܐܪܝܩܝܐ ܙܩܪ ܗܘܐ ܠܡܠܟܐ vestes Sericas regi texebat. ܛܒܥܐ ܒܬܘܠܝܐ signaculum virgineum Ferr. 190; ܡܪܓܢܝܐ margariticus Ferr. 335; ܩܪܢܝܐ tubicen Ferr. 380; ܢܝܣܢܝܐ F. 839 vernus, a ܢܝܣܢ i. e. mensis Aprilis; ܣܟܘܠܣܛܝܩܝܐ scholasticus F. 419; ܦܓܢܝܐ paganus, rusticus F. 559; ܡܫܒܚܢܝܐ laudabilis F. 632. ܫܝܢܝܐ Ferr. 659 pacator, tranquillus; ܬܪܥܝܐ ianitor F. 716; atque etiam ܐܫܬܩܕܡܝܐ Ferr. 755 pertinens ad annum superiorem; Sach. Ined. X, 12 ܡ̈ܠܐ ܕܐܝܬܝܗܝܢ ܣܘܩܒܠܝܐ ܕܪ̈ܓܝܓܬܗ ܕܗܘ ܕܡܩܒܠ ܩܐܛܓܠ ܡܢܪܐ verba quae sunt res contraria desideriis eius qui calumniam accipit; contra nudum ܣܘܩܒܠܐ ibid. 6 a fin.: ܡܬܚܙܐ ܡܣܪܒܢܐ: ܘܣܘܩܒܠܐ ܕܪ̈ܥܝܬܗ ܕܦܛܘܠܡܐܘܣ apparet refractarius et contrarius sententiae Ptolemaei; Cur. spicil. XII, 3: ܣܘܩܒܠܐ ܐܢܘܢ ܚܕ ܕܚܕ contrarius est alter alteri. Land. anecd. I, 44, 10 ܠܐ ܝܗܒ ܢܡܘܣܐ ܠܒܪܢܫܐ ܕܢܩܛܘܠ ܠܠܣܛܝܐ non concedit lex homini ut interficiat latronem, a *ληστής*; ibid. I, 43, 21 ܐܝܢܐ ܚܝܠܐ ܡܒܛܠܢܐ. ܐܝܢܐ ܕܡܬܩܪܐ ܗܩܛܘܣܛܘܢ quaenam sit vis permutativa [abändernd, aufhebend, cf. Geiger in ZDMG. XVII p. 755] ea quae *ἑκατοστόν* vocatur quaeritur; ibid. I, 2, 5 ܣܘܢܗܘܕܘܣ ܬܒܝܠܝܐ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ ܟܢܫ concilium episcoporum oecumenicum convocavit; ibid. 5, 5 a fin. ܡܢ ܓܒܐ ܓܪܒܝܝܐ ܕܟܘܟܒܐ ܘܕܩܛܝܣܦܘܢ a latere septentrionali oppidorum Kaukĕbae et Ktesiphontis; II, 290, 4 ܠܘ ܒܠܚܘܕ ܠܘܬ ܕܝܪ̈ܝܐ ܘܕܝܪ̈ܝܬܐ. ܐܠܐ ܐܦ ܠܘܬ ܥ̈ܠܡܝܐ ܩܕ̈ܝܫܐ ܒ̈ܢܝ ܩܝܡܐ non solum in monachos (etym.: coenobitas) monachasque etc.; 290, 13 ܡܥܪ̈ܒܝܐ ܘܡܕܢ̈ܚܝܐ ܡܛܠܗ ܣܝܡܝܢ ܥܠܘܗܝ ܕܦܘܠܐ ܢܗܘܪܐ et occidentales et orientales; Cur.

Festal letters of Athan. 13, 4 a fin. ܫܝܦܘܪܐ ܥܐܕܢܝܐ tuba festa; ibid. 14, 11 a fin. [1]) ܟܕ ܠܟܠܢܫ ܡܝܬܪ̈ܢܝܬܐ ܒܝ̈ܬܝܬܐ cum unicuique praestantiores sint res domesticae; Lag. anal. 147, 13 ܡܗܝܪܘܬܐ ܕܐܘܝܘܬܐ ܡܕܝܢܝܬܐ dexteritas concordiae urbanae; B. H. chron. 522, 8 a fin. ܐܬܥܠܝ ܗܘܐ ܕܡܝܐ. ܡܕܝܐ ܚܕ ܕܚܛ̈ܐ ܒܡܐܐ ܘܥܣܪܝܢ ܡܠܟܝ̈ܐ ܣܘܠܛܢܝ̈ܐ escendit enim unius modii frumentorum pretium in centum et viginti (nummos) Regios, „Sultane", de monetis impressis; ܐܢܢܩܝܐ ἀναγκαῖος Ferr., ܐܣܛܘܢܝܐ στυλίτης, forma probe Syriaca pro persica sane usitatiore ܐܣܛܘܢܝܪܐ; ܚܪܝܢܐ litigiosus Jos. ʻAkûr. gramm. Syr. 554 ult.; ܝܡܝܐ marinus, maritimus; ܬܝܡܢܝܐ australis; ܡܠܐܟܝܐ angelicus; ܝܚܝܕܝܐ solitarius; tum latiore sensu omnis monachus Lamy l. c. 153 ann. 3; ibid. 258, 18 ܟܠܡܐ ܕܡܬܥܒܕ: ܐܢ ܠܘܬ ܝܡܝܢܝܐ ܐܘ ܠܘܬ ܣܡܠܝܐ ܐܘ ܛܒ ܐܘ ܒܝܫ quicquid perpetratur sive ad dextram [i. e. bonam] partem pertinens sive ad sinistram [2]), sive boni quid sive mali; ܥܣܪܝܢܝܐ vigesimus atque ita in omnibus numeralibus ordinalibus quae dicuntur; B. H. carmm. ed. Lengerke partic. III p. 5 l. 8 ܪܘܡܐ [ܕܫܡܫܐ] ܐܡܪܐ ܒܘܟܪܝܐ altitudo [solis per zodiacum incedentis] est aries primogenitus; ibid. 6 l. 2 ܠܚܢ̈ܦܐ ܡܘܒܠ ܛܘ̈ܒܐ gentilibus afferens felicitates; Cur. hist. of the martyrs of Palest. by Euseb. XI, 7 ܥܝܕܐ ܗܘܐ ܠܪ̈ܫܝܥܐ ܘܠܒܪ̈ܒܪܝܐ. ܕܐܝܟ ܨܒܝܢܗܘܢ ܡܚܒܝܢ ܕܢܗܘܘܢ „it was customary for impious and barbarous

1) cf. B. H. chron. 520, 12 ܟܕ ܥܡ ܟܠܗܘܢ ܢܫ̈ܐ ܗܘܘ ܟܡܐ ܕܒܝ̈ܬܝܐ ܥܡ ܒܢ̈ܘܗܝ ܘܒܝ̈ܬܝܐ cum filiis suis et domesticis.

2) in lingua Syrorum ecclesiastica e. gr. apud Efraemum, Isaacum Antiochenum etc. tritissima fit regni divini a daemoniaco distinctio per terminos ut ita dicam technicos ܓܒܐ ܝܡܝܢܝܐ et ܓܒܐ ܣܡܠܝܐ, latus dextrum et latus sinistrum.

spectacles to take place in the stadium." — Huc etiam pertinent numeri ordinales, id quod supra commemoravimus; recurramus eo iam, ut exemplis allatis horum vocabulorum usum syntacticum declaremus. — Leg. reliquiae juris eccles. XX, 7 ܠܐ ܢܗܘܐ ܠܫܢܐ ܬܪܝܢܝܐ. ܘܐܦܠܐ ܠܫܢܐ ܬܪܝܢܐ „doppelsinnig, doppelzüngig"; ibid. V, 10 ܐܦ ܝܢܩ̈ܐ ܝܠܝ̈ܕܝ ܡܪܒ̈ܥܐ ܕܐܪ̈ܒܥ ܪ̈ܓܠܐ infantes quadrupedes; B. H. chronic. prooem. ܡܟܬܒܢܘܬܐ ܬܠܝܬܝܬܐ ܦ̈ܢܝܐ historia tripartita; Cur. spicil. IX, 7 ܡܢ ܕܘܒܪܐ ܗܘ ܕܗܠܝܢ ܟܘ̈ܟܒܐ ܕܡܬܩܪܝܢ ܫܒ̈ܥܝܐ from the influence of those stars which are called the seven, die Sieben, accuratius: septenariae, id quod Landius anecd. I, 170 annot. proponit; nomini numerali hic non restrictior illa vis ordinalis inest sed generaliore sensu est „die Siebenzahl repräsentirend", de iis stellis, quarum coniunctarum numerus septenarius constans est et solennis; similiter Land. t. II prolegg. p. 13 l. 8 ܩܝܡܬܐ ܠܬܠܬ ܝܘܡܬܐ ἀνάστασις τριθημερινός. — ܥܛܪܐ ܬܢܢܝܐ[1] — ܥܛܪܢܝܐ — vapor fumo similis — uvido halitui similis Lag. anal. 141, 17; cf. in ead. pag. lin. 23 ܐܝܬܘܗܝ ܕܝܢ ܥܪܦܠܐ ܥܛܪܐ ܥܛܪܢܝܐ ܕܡܢ ܡܝ̈ܐ est autem nebula vapor quidam per exhalationem ex aqua oriundus. — ܝܫܘܥܝܐ Jesuita e. gr. in titulo nomenclatoris Ferrariani: ܝܘܚܢܢ ܡܥܡܕܢܐ ܦܪܪܝܘܣ ܝܫܘܥܝܐ Joannes Baptista Ferrarius a S. J. = ܡܢ ܚܒܘܪܬܐ ܕܝܫܘܥ. — ܐܐܪܝܐ aerius Ferr. 1; ܐܘܡܢܝܐ Ferr. 12 artificialis; ܓܓܪܢܝܐ Ferr. 97 gutturalis; ܕܘܒܐ ܢܫܝܐ fluxus muliebris Ferr. 119; ܐܘܣܝܐ essentialis, substantialis Ferr.; ܐܒܕܝܐ aeternus; ܐܕܪܝܐ popularis; ܕܩܢܝܐ barbatus; ܚܢܦܝܐ gentilis, ethnicus — — sed sit iam huic enumerationi modus: quam fecisse, quamvis legentem ne taedio affecerim vereor, haud

---

1) ܥܛܪܐ vapor, exhalatio; inde in eadem linea verbum denominativum ܡܬܥܛܪ ܡܢ ܚܝ̈ܠܐ ܪ̈ܛܝܒܐ evaporatur a substantiis humidis.

poeniteat, cum maximopere mea intersit demonstrare quam late huius formationis usus pertineat, ita ut nulla orationis pars eam induere non possit: quam methodum tanquam unam omnium ad persuadendum aptissimam ne in sequentibus quidem disputationis partibus derelicturi sumus.

Ceterum apposita insuper terminatione ܘܬܐ ûϑâ ex omnibus his adiectivis abstracta substantiva efficiuntur e. gr. ܡܠܥܠܡܢܝܘܬܐ aeternitas; ܒܝܬܝܘܬܐ pr. domesticatio i. e. cognatio [1]); ܡܨܥܝܘܬܐ intercessio; ܟܡܝܘܬܐ quantitas, magnitudo e. gr. B. H. chron. 523, 2 ܙܥܘܪ ܟܡܝܘܬܐ brevi praeditus statura; ܢܡܘܣܝܘܬܐ legalitas; ܠܐ ܢܡܘܣܝܘܬܐ ἀνομία; ܥܣܪܝܢܝܘܬܐ numerus vicenarius; ܠܐܝܬܝܘܬܐ τὸ μὴ εἶναί τι, negatio rei Ferr. 255; ܬܪܝܢܘܬ ܠܫܢܐ „doppelzüngigkeit“; ܐܟܣܢܝܘܬܐ peregrinatio.

3) Adverbia in ܐܝܬ. exeuntia ab adiectivis derivata, cum quoad formam sint status feminini generis constructus, statum illum grammaticum ab Arabibus المَفعُول المُطْلَق i. e. obiectum absolutum dictum repraesentant. e. gr. Lag. anal. 4, 7. 8 ܠܐ ܬܛܥܐ ܡܛܥܝܢܘܬ ܒܒܪܢܫܐ. ܡܝܬܪܐܝܬ ܒܗܘ ܕܒܥܐ ܡܢܟ ܡܠܟܐ „noli unquam in homine fraudem exercere, maxime in eo qui abs te consilium sibi dari cupit“ — propr. „at tanquam per praecipuam deceptionem noli decipere eum qui etc.“, „aber als durch die vornehmste Täuschung täusche nicht“, quasi scriptum exstaret: ܠܐ ܬܛܥܐ ܡܛܥܝܢܘܬܐ ܡܝܬܪܬܐ ܒܗܘ . . . arab. لا تخادِع مرّةً لإنسانٍ [ولا تخادِع] خِداعا أغلظ لِمن يشاءُ أن يشاوِرك.
— Eodem modo explicanda sunt exempla in hoc loco analectorum Lagardianorum IV, 22—24. ܠܐ ܓܝܪ ܫܪܝܐ ܕܢܬܕܒܪ ܐܢܫ ܚܝܠܬܢܐܝܬ ܟܕ ܠܐ ܡܗܝܡܢ ܬܪܝܨܐܝܬ. ܐܦ ܠܐ ܕܢܗܝܡܢ ܫܪܝܪܐܝܬ. ܐܠܐ ܐܢ ܐܬܕܒܪ ܡܫܬܪܪܐܝܬ „neque enim fieri potest ut quis strenua ratione vitam agat, cum recte non credat; neque ut quis firmiter

1) ceterum usitatissimus apud grammaticos Syros terminus technicus quo haec ipsa formatio in ܝܐ notatur.

credat, nisi siquidem egregio modo vitam egit." — ibid. VIII, 22 ܝܘܬܪܢܐܝܬ ܡܝܬܪ ܠܐܢ̈ܫܐ eximia ratione praestat ceteris; ܠܐ ܡܫܟܚ ܐܢܬ ܕܚܝܠܬܢܐܝܬ ܐܘܪܚܐ ܕܙܕܝܩܘܬܐ non vales tu fortiter viam iustitiae persequi anal. IX, 12; ibid. XXXII, 20 ܡܢ ܐܠܗܘܬܐ ܡܪܚܩܝܢ ܠܦܓܪܐ ܗܘ ܕܡܬܪܒܐ ܘܚܐܫ ܐܝܟ ܡܢ ܒܠܚܘܕܝܐܝܬ a divina natura removent corpus quod adolescit et patitur tanquam in solitaria conditione positum; adverbium hic est formatum a phrasi composita [جَارٌّ وَمَجْرُور arab. i. e. praepositio cum nomine ab ea recto] ܒܠܚܘܕ; propr. in solitudine, alias ܒܠܚܘܕ; XXXV, 3 ܐܠܗܘܬܐ ܐܝ ܚܕܐ ܟܝܢܐܝܬ ܒܬܠܝܬܝܘܬܐ ܡܬܚܘܝܐ natura divina, per suam essentiam una, sub trinitatis specie sese manifestat; XXXVI, 3 ܐܝܟܢܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܐܒܐ ܪܫܢܐܝܬ ܘܡܘܠܕܢܐܝܬ sicut est pater quod et principis ܪܫܢܐ et genitoris ܡܘܠܕܢܐ partes sustinet [arab. quasi يَكُونُ — كَوْنٌ رَئِيسِيًّا وَوَالِدِيًّا]; XXXVIII, 2 ܘܟܝܢܐ ܟܝܢܐܝܬ ܗܘ ܒܪܗ ܘܠܐ ܒܫܘܬܦܘܬܐ essentialiter, in natura neque vero in societate inita; ibid. 9 ܘܡܪܢܐ ܐܒܐ ܪܫܐ. ܕܡܬܘܡܢܐܝܬ ܝܠܕܗ domini caput est pater qui aeterna generatione eum generavit; XXIX, 5 ܡܕܒܪ ܠܪ̈ܓܐ ܦܓܪ̈ܢܝܐ ܐܠܗܐܝܬ ܘܠܐ ܚܛܝܐܝܬ moderatur affectibus carnalibus modo divino neque peccatorio i. e. per indolem Dei non peccatoris; XLII, 6 ܡܦܠܓ ܠܟܠ ܐܢܫ ܕܝܚܝܕܐܝܬ ܐܝܟܢܐ ܕܨܒܐ sua cuique homini ratione singulari pro ipsius arbitrio attribuit; XLIII, 6 ܟܕ ܐܢܬ ܫܘ̈ܐܠܐ ܐܠܝܨܐܝܬ ܘܦܐܝܐܝܬ ܡܩܪܒ ܐܢܬ ܠܢ cum tu quaestiones ratione urgente et apta nobis proponas; XLIV, 4 ܡܠܬܐ ܕܦܘܠܓܐ ܕܫ̈ܡܗܐ. ܢܦܠܐ ܥܠܝܢ ܣܘܩܒܠܐܝܬ vox divisionis nominum contrario modo in nos incidit; anal. XLVII, 4 ܐܢ ܠܐ ܡܫܟܚ ܗܘ ܐܠܗܐ. ܕܠܗ ܠܚܫܐ ܐܦ ܐܢܐ ܡܬܦܪܣܢܐܝܬ ܚܫܒ ܚܘܫܒܢܐ si pati nequit Deus, cui sententiae et ipse ego ratione bene composita calculum

adieci. — anal. XCV, 1 ܡܰܢܽܘ ܗܽܘ ܕܺܝܗܽܘܕܳܐܺܝܬ ܐܶܬܪܰܒܺܝ quis ille qui iudaica institutione usus est. — Sach. Ined. I, 7 ܟܽܠ ܣܰܓܺܝܐ̈ܳܬܳܐ ܥܒܰܪܢܰܢ ܡܣܰܟܠܳܐܺܝܬ multa praeterimus temere; ibid. XVI, 11 ܢܶܪܕܶܐ ܠܩܰܛܪܺܝܓܳܢܽܘܬܳܐ ܡܣܰܟܠܳܐܺܝܬ ad criminationem temere aggreditur. — B. H. chron. 47, 7 ܫܠܶܡ ܡܰܠܟܽܘܬܳܐ ܕܝܰܘ̈ܢܳܝܶܐ. ܒܟܽܠܳܢܳܐܺܝܬ ܡܶܢ ܣܽܘܪܺܝܰܐ ܘܐܳܣܺܝܰܐ imperium Graecorum per Syriam atque Asiam prorsus, omnino cessavit. — ibid. 50, 4 a fin. ܟܰܕ ܫܢܰܬ ܝܰܠܕܶܗ ܕܡܳܪܰܢ ܡܶܢ ܡܫܰܚܠܦܳܐܺܝܬ ܣܳܡܘ ܡܰܟܬ̈ܒܳܢܶܐ cum annum nativitatis domini nostri modo discrepante constituerent rerum scriptores. — Lag. reliqu. V, 20 ܡܶܬܚܰܫܒܺܝܢ ܚܽܘܫܒܳܐ. ܘܐܳܦ ܣܩܽܘܒܠܳܐܺܝܬ ܠܽܘܩܒܰܠ ܐܽܘܪ̈ܚܳܬܳܐ ܕܐܶܘܰܢܓܶܠܝܽܘܢ ἐναντιούμενοι πρὸς τὰς ὁδοὺς τοῦ εὐαγγελίου; VI, 3 ܣܽܘܥܪ̈ܳܢܶܐ ܗܳܢܽܘܢ ܕܣܩܽܘܒܠܳܐܺܝܬ ܠܽܘܩܒܰܠ ܦܽܘܩ̈ܕܳܢܶܐ ܕܚܰܝ̈ܶܐ πᾶσαι αἱ πράξεις αἱ ἐναντιαζόμεναι πρὸς τὰς ἐντολὰς τῆς ζωῆς; X, 5 ܠܗܽܘܢ ܕܚܰܕܬܳܐܺܝܬ ܐܶܬܬܰܠܡܰܕܘ τοὺς νεωστὶ κατηχηθέντας; XII, 8 ܐܶܢ ܐ݈ܢܳܫ ܡܫܰܘܚܪܳܢܳܐܺܝܬ ܢܺܐܬܶܐ ܠܬܶܫܡܶܫܬܳܐ εἴτις βραδέως ἔλθοι εἰς τὴν λειτουργίαν; B. H. scholia in ps. VIII ed. Schröter p. 11 lin. 10 ܒܡܶܠܠܳܐ ܕܝܺܚܺܝ̈ܕܳܝܶܐ. ܒܪܰܡ ܠܳܐ ܣܰܓܺܝܐܳܢܳܐܺܝܬ. ܗܳܢܰܘ ܒܡ̈ܶܠܶܐ ܒܢܰܝ̈ ܚܰܕ ܝܺܚܺܝܕܳܐܺܝܬ singulariter-pluraliter; Land. anecd. I, 26, 17 ܐܰܟܚܕܳܐܺܝܬ ܐܶܬܡܠܶܟܘ ܘܥܰܠܘ ܠܘܳܬ ܫܰܪܟܽܘܢ ܡܰܠܟܳܐ ܕܟܽܠܳܗ ܡܰܠܰܒܰܪ: una simulque deliberationem inierunt et ad Śarkônem, totius regionis Malabaricae regem, intrarunt. — Land. anecd. I, 2, 17 ܡܶܢ ܒܳܬܰܪܟܶܢ ܡܶܢ ܥܳܠܡܳܐ ܗܳܢܳܐ ܙܰܕܺܝܩܳܐܺܝܬ ܢܦܰܩ postea ex hoc mundo decessit sicut homo sanctus decedere solet; quoad sensum i. q. ܒܫܽܘܒܚܳܐ ܙܰܕܺܝܩܳܐ cf. IV, 1 ܢܦܰܩ ܒܐܺܝܩܳܪܳܐ „decessit honoribus ornatus“ et id quod proxime sequitur lin. 2 ܐܶܬܡܢܰܥ: ܡܥܰܘܪܳܐ ܘܡܰܟܬܒܳܐ ܙܰܕ̈ܝܩܶܐ. — Overb. 24, 15 ܡܶܢ ܕܪܳܘܶܐ ܛܠܝܳܐܺܝܬ ܒܚܽܘܒܳܐ qui adolescentuli instar amore inebriatur; Lag. anal. 139, 1 ܚܰܟܺܝܡܳܐ ܐܰܣܟܺܝܡܳܐ. ܘܚܰܟܺܝܡ ܚܰܟܺܝܡܳܐ ܐܶܬܬܰܐܺܝܬ ܘܚܰܟܡܺܝܢ ܒܶܝܗ ܣܰܓܺܝܐ ܐܰܣܟܺܝܡܳܐܺܝܬ

quinque elementa sita in quinque regionibus quarum altera alteri sphaerarum modo inclusa est; ibid. 144, 22 ܒܡܫܠܡܐܝܬ ܠܡܦܣܩܘ. ܟܠܗܘܢ ܗܠܝܢ ܕܡܢܗܘܢ ܒܐܐܪ ܡܬܚܙܝܢ ܡܢܗܘܢ. ܠܘܩܒܠ ܚܙܬܢ ܡܬܩܝܡܝܢ. ܐܝܟ ܩܫܬܐ ܘܫܒܛܐ. ܗܘܘ ܕܡܬܩܪܐ ܫܒܛܐ „ut strictim atque presse pronuntiem, omnes res eae e quarum numero aliquot per aerem conspiciuntur pro nostra earum contemplatione constituuntur, ad instar arcus et sceptri quod vocatur"; praeterea cff. ܦܪܨܘܦܐܝܬ „in person" B. H. chron. 519 penult., ܐܬܠܝܛܐܝܬ athletice; ܒܣܬܪܐܝܬ retrorsum; ܐܢܢܩܐܝܬ necessario; ܗܝܕܝܟܐܝܬ Ferr. 835 identidem, cf. ibid. ܗܝܕܝܟܘܬܐ identitas; ܡܣܬܥܪܢܐܝܬ t. t. philos. actualiter, re ipsa; ܒܨܒܝܢܐܝܬ voluntarie, sponte, ultro Ferr. 525; ܫܐܝܠܐܝܬ Ferr. 628 mutuo; t. t. improprie, metaphorice.

In eadem categoria syntactica referenda exstant etiam pauca exempla in ܘܬ, pauca in simplicem exitum ܝܬ; ex illo genere ܬܢܝܢܘܬ iterum, zum zweiten male e. gr. B. H. in prooemio horrei mysteriorum ap. Bernsteinium, De Charklensi novi testamenti transl. syr. (ed. II Vratisl. 1854) ܐܬܦܫܩ ܬܘܒ ܒܬܪܟܢ ܡܢ ܝܘܢܝܐ ܠܣܘܪܝܝܐ ܐܬܕܒܝܬ ܬܢܝܢܘܬ ܒܡܕܝܢܬ ܡܒܘܓ postea limatiore ratione e lingua Graeca in Syriacam translata est iterum in Mabbûg oppido; — ex hoc ܩܕܡܝܬ e. gr. Cur. Martyrs V, 2 ܗܢܐ ܗܘܐ ܟܠܗ ܫܘܪܝܐ ܩܕܡܝܬ ܐܬܬܠܝܘ ܒܣܩܘܦܐ ܐܬܬܠܝܘ ܒܡܫܬܡܠܝܘܬܐ ܩܕܡܝܬܐ = ܩܕܡܝܬ; item ܐܚܪܝܬ postremo etc.

